

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia i
cum uariis

Humilitas homines sanctis angelis similes facit, et superbia ex angelis demones facit; et ut euidenter ostendam, ipsa est omnium peccatorum initium et finis et causa, quoniam non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum potuit aut potest aut poterit esse sine superbia.

Augustinus ad quemdam comitem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

omnium peccatorum] peccatorum omnium M; quoniam] quia P V¹ V² L¹ L²